

Mateo 16.18

COMUNIÓN

TU es Petrus, et super hanc Petram ædificábo Ecclésiám Meam. (T.P. Alleluia).

Tú eres Pedro, y sobre esta piedra edificaré mi Iglesia (T.P. Aleluya).

POSCOMUNIÓN

REFECCIÓNE sancta enutrítam gubérna, quæsumus Dómine, tuam placátus Ecclésiám: ut poténti moderatióne dirécta, et increménta libertátis accípiat: et in religiónis integritáte persístat. Per Dominum.

Te suplicamos, Señor, guíes con bondad a tu Iglesia, alimentada con los santos manjares, a fin de que, conducida bajo tu poderosa dirección, vea crecer su libertad y permanezca en la integridad de la fe. Por nuestro Señor.

CONMEMORACION SAN URBANO I

MULTIPLICA, quæsumus Domine, in Ecclesia tua spiritum gratiae, quem dedisti: ut beati Urbani, Martyris tui atque Summi Pontificis, deprecatione nec pastori obedientia gregis nec gregi desit cura pastoris. Per Dominum.

Te suplicamos, Señor, infundas más cada vez en tu Iglesia et Espíritu, fuente de gracia, con que la has dotado, a fin de que por los ruegos de tu bienaventurado mártir y sumo pontifice Urbano, ni falte al pastor la obediencia de la grey, ni a la grey la vigilancia del pastor. Por nuestro Señor Jesucristo.

PROPRIO DE LA MISA

SAN GREGORIO VII

Papa y confesor

25 de Mayo - Fiesta clase 3.^a - Blanco

Juan 21.15-17; Salmo 29.2

INTROITO

SI DÍLIGIS Me, Simon Petre, pasce agnos Meos, pasce oves Meas. (T.P. Alleluia, alleluia). Ps. Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, nec delectásti inimicos meos super me. V. Gloria Patri.

Si me amas, Simón Pedro, apacienta mis corderos, apacienta mis ovejas (T.P. Aleluya, aleluya). Salmo. Te ensalzaré, Señor, porque me has liberado y no me has convertido en la irrisión de mis enemigos. V. Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, in te sperántium fortitúdo, qui beátum Gregórium, Confessorém tuum atque Pontíficem, pro tuénda Ecclésiá libertáte, virtúte constantiæ roborásti: da nobis, ejus exémplo et intercessióne, ómnia adversántia fórtiter superáre. Per Dóminum.

Oh Dios, fortaleza de los que en ti esperan, que has robustecido con indomable firmeza a tu santo confesor y pontifice Gregorio, para que defendiese la libertad de la Iglesia; concédenos, con su ejemplo e intercesión, vencer valerosamente todas las dificultades. Por nuestro Señor Jesucristo.

CONMEMORACION SAN URBANO I

GREGEM tuum, Pastor æterne, placatus intende: et per beatum Urbanum, Martyrem tuum atque Summum Pontíficem, perpetua protectione custodi quem totius Ecclesiae præstitisti esse pastorem. Per Dominum.

Mira con benevolencia, ¡oh Pastor eterno!, a tu grey, y por la intercesión de tu bienaventurado sumo pontifice Urbano, a quien has constituido pastor de toda la Iglesia, guárdala por siempre bajo tu protección. Por nuestro Señor Jesucristo.

1 Pedro 5.1-4,10-11

EPÍSTOLA

CARÍSSIMI: Seniores, qui in vobis sunt, óbsecro consénior et testis Christi passiónum, qui et ejus, quæ in futúro revelánda est, glóriæ comunicátor: páscite qui in vobis est gregem Dei, providéntes non coácte, sed spontáneæ secúndúm Deum, neque turpis lucri grátia, sed voluntárie; neque ut dominántes in cleris, sed forma facti gregis ex áni-

Carísimos: A los ancianos de entre vosotros, yo, anciano como ellos y testigo de la pasión de Cristo, y participe también de la gloria que va a manifestarse, dirijo mis recomendaciones. Apacentad la grey de Dios confiada a vosotros no de mala gana, sino de grado, según Dios; no por vil interés, sino generosamente. No hagáis pesada vuestra autoridad sobre los que os

mo. Et, cum apparuerit princeps pastórum, percipiétis immarcescibilem glóriæ corónam. Deus autem omnis grátia, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Jesu, módicum passus ipse perficiet, confirmábit solidabítque. Ipsi glória et impérium in saécula saeculórum. Amen.

Salmo 106.32,31

EXALTENT eum in Ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum. *Ÿ.* Confiteantur Domino misericordiæ ejus: et mirabilia ejus filiis hominem.

Mateo 16.18

ALLELÚIA, allelúia. *Ÿ.* Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám Meam. Allelúia.

En Tiempo pascual no hay gradual ni tracto, sino dos aleluyas:

Salmo 44.17-18

Allelúia. *Ÿ.* Constitúes eos príncipes super omnem terram: mémores erunt nóminis tui, Dómine. Allelúia.

Mateo 16.13-19

IN illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaráe Philíppi, et interrogábat discípulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixérunt: Álii Joán-nem Baptistam, álii autem Elíam, álii vero Jeremíam, aut unum ex prophétis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respóndens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei: Beátus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in Cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ec-

han cabido en suerte, sino mostraos dechados de la grey. Y cuando aparezca el supremo pastor recibiréis la corona inmarcesible de la gloria. Y tras una breve prueba, el Dios de toda gracia, que os ha llamado en Cristo Jesús a su eterna gloria, él mismo acabará su obra, os afianzará, os fortalecerá, y os hará incommovibles. A él la gloria y el poder por los siglos de los siglos. Amén.

GRADUAL

Ensálcenle en la asamblea del pueblo, y célebrenle en la reunión de los ancianos. *Ÿ.* Alaben al Señor por sus misericordias y por sus maravillas en favor de los hijos de los hombres.

ALLELUIA

Aleluya, aleluya. *Ÿ.* Tú eres Pedro, y sobre esta piedra edificaré mi Iglesia. Aleluya.

ALLELUIA

Aleluya. *Ÿ.* Los constituirás príncipes sobre toda la tierra; ellos perpetuarán, Señor, la memoria de tu nombre. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo, vino Jesús a la región de Cesarea de Filipo, y preguntó a sus discípulos: ¿Quién dicen las gentes que es el Hijo del hombre? Respondieronle ellos: Unos dicen que Juan Bautista; otros, que Elías; otros, que Jeremías o alguno de los profetas. Dijoles Jesús: Y vosotros, ¿quién decís que soy? Tomando la palabra Simón Pedro, dijo Tú eres el Cristo, el Hijo de Dios vivo. Contestóle, a su vez, Jesús: Dichoso tú, Simón, hijo de Jonás, porque no te ha revelado eso la carne ni la sangre, sino mi Padre, que está en los cielos. Y yo, ami vez, te digo que ni eres Pedro, y sobre esta piedra edificaré mi Iglesia, y las puer-

clésiám meam, et portæ ínferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cœlis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in Cœlis.

Jeremías 1.9-10

ECCE dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te super gentes et super regna, ut evéllas et déstruas, et ædífices et plantes. Allelúia.

OBLÁTIS munéribus, quæsumus Dómine, Ecclésiám tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui proficiat ubíque succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dominum.

MÚNERA, quæ tibi, Dómine lætántes offérimus súscipe benígnus, et præsta: ut intercedénte beáto Urbano Ecclésia tua et fidei integritate lætétur, et témporum tranquillitate semper exúltet. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare. Te Domine suppliciter exorare, ut gregem tuum pastor æterne, non deseras: sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicariis eidem contulisti præesse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:

tas del Infierno no podrán contra ella. Te daré las llaves del reino de los cielos; todo cuanto ates en la tierra, será atado en los cielos, y todo cuanto desates en la tierra será desatado en los cielos.

OFERTORIO

He aquí que pongo mis palabras en tu boca; hoy te constituyo sobre las naciones y los reinos, para arrancar y destruir, para edificar y plantar, aleluya, aleluya.

SECRETA

En mérito de los dones ofrecidos, ilumina, Señor, benignamente a tu Iglesia; a fin de que en todas partes progrese la marcha de tu grey; y los pastores, gobernados por ti, se hagan gratos a tus ojos. Por nuestro Señor Jesucristo.

CONMEMORACION SAN URBANO I

Acoge, Señor, benignamente, los dons que gozosos te ofrecemos, y concédenos por intercesión del bienaventurado Urbano, que tu Iglesia se regocije en la integridad de la fe, y goce siempre de tiempos bonancibles. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFACIO DE LOS APOSTLES

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, suplicarte humildemente, Señor, que no desampares, Pastor eterno, tu rebaño, sino que, por tus santos apóstoles, le guardes con tu continua protección, a fin de que le gobiernen los mismos jefes que has establecido por pastures suyos. Y por eso, con los Ángeles y los Arcángeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con toda la milicia del ejército celestial, cantamos el himno de tu gloria, diciendo sin cesar: